Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae
Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae,
Severiae, Czerniechoviaeque

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis et Singulis. Quod cum Regium sit
viros applicatione et studio alijs eminentes favore et gratia [illegible] [illegible] ut caeteri eo exemplo ad similia animen-
tur. Proinde cum Simon Simons et Levin Pincus Schlesinger Lapides [illegible] [illegible] [illegible] pro necessitate Nostra et Au-
lae Nostrae advehendo sese idoneos reddant, faciendum esse duximus, ut eosdem in numerum Gemmariorum et Factorum Nostrorum
adoptaremus, inque Protectionem Nostram Regiam assumeremus, prout quidem praesentibus Literis Nostris assumimus et
adoptamus: Dantes et concedentes eisdem Simoni Simons, et Levin Pincus Schlesinger omnibus Juribus, Praerogativis,
Munijs, Immunitatibus, quibus caeteri Factores Nostri de Legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure
gaudendi et uti fruendi, ita tamen, ut à communi Jurisdictionibus et Contributionibus Publicis eximi sese non praesumant.
Quod omnibus quorum interest, praesertim verò Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithuaniae Marschalcis, Can-
cellarijs, ProCancellarijs, tum Magistratibus quibuscunque Civilibus notum esse [illegible] volentes mandamus; ut memoratos
Simonem Simons et Levin Pincus Schlesinger ubique Locorum pro realibus et actualibus Factoribus Gemmarijs Nostris
habeant et agnoscant pro Gratia Nostra Regia et Officiorum Suorum debito. In quorum fidem praesentes Manu
Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri [illegible] Datum Varsaviae Die III Mensis February Anno
Domini MDCCLXVI Regni verò Nostri Secundi.

Stanislaus Augustus Rex



Facturatus Regius et Gemmariatus
vulgo Jubilerstwo Simoni Simons et
Levin Pincus Schlesinger confertur.

In Curia Regia Varsaviensi Feria Sexta Postridie
Festi Circumcisionis Christi Domini Anno Eiusdem
1767mo.

[illegible] Privilegium [illegible] [illegible] oblationem
[illegible] [illegible] susceptum quod [illegible]
[illegible] [illegible]

Antonius Sikorski S. R. M.tis
et Sigilli Regni Secretarius



Pro Cancellariatu

Illmi et [illegible] Andreæ
Stanislai [illegible]
Procancellarii Regni
Sigillatum